

mus nomine · princeps iudeorum · Hic
uenit ad eum nocte · et dixit ei · Rabbi ·
scimus quia a deo uenisti magister · Nemo
enim potest hec signa facere que tu facis ·
nisi fuerit dominus cum eo · Respondit ihesus et
dixit ei · Amen amen dico tibi · nisi quis
natus fuerit denuo · non potest uidere re
gnum dei · Dicit ad eum nichodemus · Quo
modo potest homo nasci cum senex sit ·
Numquid potest in uentrem matris sue ite
rum introire et nasci · Respondit ihesus ·
Amen amen dico tibi · nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu · non potest introire in re
gnum dei · Quod natum est ex carne caro est ·
et quod natum est ex spiritu · spiritus est · Non mire
ris quia dixi tibi · oportet uos nasci de
nuo · Spiritus ubi uult spirat · et uocem
eius audis · sed non scis unde ueniat et quo
uadat · Sic est omnis qui natus est ex spiritu ·
Respondit nichodemus · et dixit ei · Quo
modo possunt hec fieri · Respondit
ihesus · et dixit ei · Ty es magister in israel ·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Weltberstätte
seit 1991
© The University of Edinburgh
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/uedin_ms12/0396